

London, British Library, MS. Harley 1796

LATIN C

Note on editorial method

The text printed below is as close as possible to the text of the manuscript, and emendation has been kept to the absolute minimum. Text in Welsh is printed in italics. If sense can be maintained, then the text has been retained even if that sense differs from that of Lat A or B; only where there is no sense has an emendation been proposed. Angled brackets are used < > to surround text on the rare occasions when text has to be imported from elsewhere (usually from Lat B) to make sense. †...† is used to indicate text which is corrupt and where no simple or sensible emendation can be made. References to the text are by fragment, section and sentence number; thus §1.4/2 refers to the second sentence of the fourth section of the first fragment.

In the apparatus glosses are listed above the line, and manuscript variants and emendations below. Where necessary, a line-break within a word is marked with |. References in the apparatus are keyed to the text by the superscript sentence numbers.

Fragment 1

§1.1

¹Hewel Boni, filius Kadell, qui fuit rex in suo tempore per totam Walliam, congregatis Gwenedosium, Pouisorum, atque Dextralium ducibus, et insimul de quolibet pago ui uiros sententia meliores per suum regnum usque ad locum qui dicitur Alba Domus, id est, *Thiguin ar Davvt*; et ibi demorati sunt xl diebus et xl noctibus. ²Qui omnes in unum consentientes leges ante se constitutas scrutati sunt, bonas confirmauerunt, non bonas autem delerunt, et in loca earum bonas statuerunt, alias uero nessesarias [p. 2] apossuerunt omnium discretorum examinacione et consensu. ³Leges autem ab eis institutas diligenter obseruantes benedixerunt; similiter transgredientes maledixerunt.

Glosses

¹Gwenedosium] Nordhwallensium; Dextralium] Sudwallensium; xl ... xl] *deu hugeint dieu a deu|geint...*

²confirmauerunt] *cadauuassant* (second a added above in a different coloured ink); non ... delerunt] *rei drouc a uaredassant*; in loca ... statuerunt] *hac en heu lle | rei da dodassant* (*lle* corrected from ? de).

¹Boni] Boni *MS*, Bonus *LTWL 276.1*; et insimul] *accivit* added before *insimul* in *LTWL 276.3* from Lat A; *Davvt*] *Dauu* *LTWL 276.5*

²consentientes] *ti* added above line with insertion mark; loca] loco AL; bonas] printed as *bona* in *LTWL 276.8*, n. 9, but *MS* has *bonas*.

³transgredientes] *final s* added later.

§1.2

¹De quibus legibus secundum seculum principales sunt curiales. ²Curie uero legum capud est rex, et post ipsum regina. ³In curia debent esse xxiiii^{or} homines dignitates habentes, id est, *suidocion*, quas dignitates a rege habeant. ⁴Quorum primus est pater familias, id est, *penteullu*; *effeiriāt theullu*; asecla, id est, *distein*; *hebocid*; iudex curie, id est, *egnat llis*; armiger, id est, *penguaustraut*; princeps uenatorum, id est, *penchenid*; [p. 3] *guas estauell*; *distein argluides*; sacerdos *argluides*; *bart teulu*; *gostegur*; *dressaur neuat*; *dressaur hestauell*; kameraria regine; *gustraut auuin*; *kannuillid*; *trulliat*; *medud*; *suidgur neuat*; *cohoc*; *truidedaut dan draet e brenin*; *medic*; *gustraut argluides*.

Glosses

³*suidocion*] id est, officiales.

⁴*effeiriāt theullu*] sacerdos familie; *distein*] senescallus; *hebocid*] auceps; iudex curie] iustitiarius; *guas estauell*] id est, camerarius; *distein argluides*] senescallus domine; sacerdos] *effeyrat*; *argluides*] id est, domine; *bart teulu*] id est, poeta domine; *gostegur*] indicens silentium; *dressaur neuat*] ianitor aule; *dressaur hestauell*] ianitor camere; kameraria] *llauworuyn*; regine] *brenhines*; *kannuillid*] candelarius; *trulliat*] pincerna; *medud*] id est, custos medonis; *suidgur neuat*] dapifer aule; *cohoc*] cocus; *truidedaut dan draet e brenin*] ille qui debet sedere subtus pedes regis; *medic*] medicus; *gustraut argluides*] id est, custos equi domine.

¹De] the D is illuminated and its interior seems to contain a cross

³*suidocion*] *suidoion MS*; *suidogion LTWL 276.14*

⁴princeps] *principes MS*; *truidedaut*] *troidauc LTWL 276.22*; *gustraut*] *gusstraut with first s corrected to a*; *argluides*] *arghe deleted before it*

§1.3

¹Hii xxiiii^{or} homines debent habere uestimenta ter in anno a rege *a* regina, laneos a rege, et lineos a regina; et hoc in Natali, in Pentecosten, in Pascha. ²Rex debet dare regine terciam partem lucri [p. 4] de propria patria, *a'r dredet ran hii suidgwir e brennin*.

Glosses

²*a'r dredet ran*] et tertia pars; *hii*] officialibus; *e brennin*] regis.

¹*a*] et *LTWL 276.24*; laneos] lanos *MS*, lanea *LTWL 276.24*; a rege] arge *MS*; regina] e *superscript*; lineos] linea *LTWL 276.24*; Natali] *corrected from Natale*; Pentecosten] Pentecoste *LTWL 276.25*; in Pascha] in pe (*deleted*) pascha *MS*.

§1.4

¹Precium regis est suum *saraet* ter eleuando. ²*Saraet brennin* est: *tori y naut*; uel cum duo reges coniurantes insimul uenerint ad metam, et ibi coram regibus et exercitibus hominem interficere, uel nuntium alterius in terra sua interficere; uel cum quis cum uxore eius coierit.

³Reditur uero sic: centum uacce cum tauro albo habentes aures rubeas uel nigreas de quolibet *kantreet* per suum regnum. ⁴Si fuerit *brennin* [p. 5] Aberfrau, insuper aurum habebit, *nid amgen na claur eur* ut faciem eius totam, cum uirga aurea, que habet altitudinem eius sedentis in kathedra et grositudinem eius digiti medici, et cifus argenteus qui sufficiat regi ad potum, habens coopertorium aureum adeo latum ut facies regis tota, spisum ut unguis aratoris per septennium arantis.

Glosses

¹*saraet*] id est, iniuria

²*Saraet brennin*] id est, iniuria regis; *tori y naut*] frangere suum refugium

³*kantreet*] *kantredaff*, id est, centum uille

⁴*brennin*] rex; Aberfrau] id est, curie cuiusdam de Egleseye; *nid amgen*] id est uidelicet; *claur eur*] id est massam auream

²nuntium] nuntius *MS*; coierit] *space (erasure?) after co.*

³tauro] *followed by erasure*; aures] *erasure between e and s*; nigreas] nigras *LTWL 277.6*; *kantreet*] *kantreet (or -c (cf. §1.16/11))*; *kantreef* *LTWL 277.6*

⁴*na*] a *MS*; *claur eur*] *add. LTWL 277.8*; faciem eius totam] facies eius tota *LTWL 277.8*; aurea] *two letters erased at beginning of line before ea*; cifus] *a word erased after it with traces of crossing out in red ink*; adeo] ad eo *MS*

§1.5

¹Regine uero *saraet* triplex est: scilicet, *tori y naut*; uel ceciderit eam fuste; *neu dwin peth o'i llau*. ²Et tunc tertia pars *sareaet* regis reditur ei sine auro et argento.

Glosses

¹*saraet*] id est, iniuria; *tori y naut*] frangere suum refugium; *dwin peth oi llau*] id est, auferre aliquid ui de manu sua

²*sareaet*] id est, iniurie

¹uel] *add.* si quis *LTWL 277.13–14*; eam fuste] eam written above line and fuste in right margin, both with insertion marks.

²*sareaet*] *saraet LTWL 277.15*; argento] one letter erasure after g (perhaps a).

§1.6

¹xxxui homines equitantes licet regi [p. 6] habere in suo comitatu, xxiiii^{or} *suidauc* et xii hospites, preter *teulu* et optimates et iuuenes, id est, *machuuieid*, et ioculatores, et pauperes.

Glosses

¹*suidauc*] id est, officiales; *teulu*] id est, familiam; *machuuieid*] id est, bachellarios

¹comitatu] *add.* id est *LTWL 277.17*.

§1.7

¹Si aliquis de aliena patria fecerit regi Aberfrau iniuriam, id est, *saraet*, reddat ei lxiii^{es} libras, et de hac causa: quia tantum est *mecterndgec* quod debet rex Aberfrau redere semel regi Londonie cum acceperit terram suam ab eo. ²Postea reges uero Wallie debent accipere terram illorum a rege Aberfrau, et illi redere *mecterndgec* et *ebediv* post mortem. ³Et uerbum illius uerbum [p. 7] est ad omnes reges Wallie, et nullius regis uerbum est ad ipsum.

No glosses

¹*mecterndgec*] *mectern delet LTWL 277.21*; debet] *there is erasure of three or four letters after it.*

²*mecterndgec*] *mectern delet LTWL 277.24*

§1.8

¹Successor, id est, *gurthreghat*, id est, qui expectat regnum post regem, cui omnes iurauerint hoberdenciam exhibituros esse, principalis est habendus in curia et honorabilior omnibus post regem. ²Hic debet esse frater regis uel filius eius uel filius fratris eius. ³Locus eius in aula est contra regem ex alia parte ignis. ⁴Inter illum et postem iudex proximus ei debet esse, secundus uero sacerdos *teulu*. ⁵Ex alia parte *penchert* patrie. ⁶In illa uero parte postea nemo habet debitum, id est, *le delet*.

⁷Precium eius, id est, *gurthrich*, est equale precio regis; [p. 8] similiter et *saraet* eius equale *saraet* regis, excepto auro et argento. ⁸Omnia necessaria debet habere a rege cum honore. ⁹Hospicium eius est aula regis. ¹⁰Cuius socii sunt filii optimatis, id est, *macuuieid*, et *chengueiseid* qui preparant ei ignem et custodiant eum et claudant hostia. ¹¹Secundam cenam, id est, *ancuin*, debet habere sine mensura sed quod sufficiat.

Glosses

⁴*gurthreghat*] id est, heres; *teulu*] familie

⁵*penchert*] id est, magister citharistarum

⁶*le*] locum

⁷*saraet*] iniuria

¹⁰*chengueiseid*] id est, seruos

⁴postem] postea *MS*, *post LTWL 278.1*

⁶debitum] *add. locum LTWL 278.3*

¹⁰Cuius] *Eius LTWL 278.7*

¹¹Secundam] *secundam MS*; *Successor LTWL 278.9*; *Secundarius Dumville*

§1.9

¹Rex cum sederit in sede sua, debet habere senem quendam uenerabilem, id est, *heneuit deledauc a sodir en e parth asuu*. ²Iuxta illum *cheghellaur*; postea auceps debet sedem habere. ³Ex dextera autem parte regis [p. 9] ponat rex quem uult honorare. ⁴Sub pedibus regis debet sedere unus ex illis *xxiiii^{or}*, id est, *thruidedauc*. ⁵*Kanuillid* debet stare ante regem.

Glosses

¹*asodir en e parth asuu*] id est, debet poni ex parte sinistra

²*cheghellaur*] id est, quidam officialis

⁵*Kanuillid*] id est, candelarius

⁴*thruidedauc*] *throidauc LTWL 278.15*

§1.10

¹Refugium regine est ducere hominem ultra fines patrie sine percussione, id est, *herlit* et *ragod*. ²Refugium *penteulu* est conducere hominem ultra fines pagi, id est, *chemut*. ³Refugium sacerdotis *teulu*: ducere hominem ad proximam ecclesiam in qua sacrificauerit corpus Domini. ⁴Refugium aucupis: ducere hominem usque ad ultimum locum ad quem ierit cum auibus uenatum de curia. ⁵Refugium *distein* est postquam ceperit stare in suo officio usque dum ierit ultimus homo de curia ad locum <suum. ⁶Refugium principis uenatorum est> hominem ducere [p. 10] quo vix cornu eius audiatur. ⁷Refugium *penguastraut*: accipere uelocissimum equum in curia, et ducere hominem quo ad usque deficiat currendo, et donec ipse reuertatur ad curiam. ⁸Refugium iudicis curie est hoc iure: debet custodire illum cui dederit refugium usque ad †proximam palacia et in illa a prima causa que tractat ante iudicem usque ad ultimum†, dimittere hominem sine *erlit* et *ragod*. ⁹Kamerarii est ex quo aliquis pergat propter honus donec reuertatur et det in manu camerarii, et ille sternat lectum et cooperiat pannis, conducere hominem per tantum tempus sine *erlit* et *ragod*. ¹⁰Refugium pincerne regine est ex quo ceperit stare in officio donec ultimum hominem deser[p. 11]uiat in kamera, conducere hominem et cetera.

¹¹*Naut efeirat teulu* regine est conducere hominem ad proximam ecclesiam in qua sacrificauerit corpus Domini. ¹²*Naut bart teulu*: ducere ad *penteulu*. ¹³*Naut gostegur* est ex quo imponat primum silentium in aula usque ad nouissimum, conducere hominem per tantum. ¹⁴*Naut kanuillid* est ex quo primam candelam accenderit donec extingerat ultimam, conducere hominem. ¹⁵*Naut truedaut* est ex quo sederit

Glosses

¹*herlit* et *ragod*] sequela et expectatione

²*penteulu*] id est, patrisfamilias

³*teulu*] familie

⁵*distein*] id est, asecle

⁷*penguastraut*] id est, principalis custodis equorum

¹¹*Naut efeirat teulu*] id est, refugium sacerdotis familie *urenhines*

¹²*Naut bart teulu*] id est, refugium poete familie; ad *penteulu*] id est, ad patremfamilias

¹³*Naut*] id est, refugium; *gostegur*] id est, impositoris silentium

¹⁴*Naut kanuillid*] id est, Refugium ceroferarii

⁵⁻⁶suum. Refugium principis uenatorum est] *om. MS; text restored from Latin B.*

⁶hominem] quantum; audiatur] audiatur auditur *MS*

⁸iure] i^e *MS*; ad proximam palacia et in illa] *MS*; a] aū ; que tractat] *MS*; que tractatur *LTWL 278.31*; ultimum] *MS* ; ultimam *LTWL 278.31*

⁹Kamerarii] Refugium *add. before LTWL 278.32*; sternat] strenat

¹⁰stare] iltare

¹¹*teulu*] *om. LTWL 279.6*; qua] *om. MS*

¹³tantum]tempus] *add. LTWL 279.10* ¹⁴candelam] cadelam.

dan draed e brenin donec pergat ad cameram, conducere hominem.

¹⁶*Naut* cocci est ex quo ceperit assare primum ferculum donec ponat nouissimum ad mensam regis et regine, conducere hominem. ¹⁷*Naut*

suidgur est ex quo ceperit cibaria donec habeat ultimus homo cibum in curia, [p. 12] conducere hominem, et cetera. ¹⁸*Naut* *medit* est ex quo

ceperit parare dolium medonis donec finiat et cooperiat, conducere hominem. ¹⁹*Naut* *truilliat* est ex quo exceperit exhaurire primum dolium donec exhauriatur nouissimum, conducere hominem.

²⁰*Naut* *methic teulu* est ex quo pergat de curia ad infirmum uerbo regis, suamque infirmitatem uiderit, et curauerit eum illa uice, et donec reuertatur ad curiam, conducere hominem. ²¹*Naut* *dresaur neuat* est

conducere hominem ad longitudinem brachii et uirge ad custodem porte. ²²*Naut* *dresaur porth*: custodire illum donec ueniat *e penteulu* per

portam ad hospicium, et cum eo se dimittere sine *erlit* et *ragod*, quo usque dicated ultimus homo de curia. ²³*Naut* *dresaur estauuell*: ducere

hominem ad *portaur*. ²⁴*Naut* *gustraut awin* est ex quo [p. 13] pergat ad fabrum curie, et componat faber *iiii^{or}* feramenta, id est, *pedir pedaul*,

cum clauis et ponat sub pedibus equi regis, conducere hominem. ²⁵*Naut* *gustraut* regine est tantum. ²⁶Hec sunt refugia illorum *xxiii^{or}*

hominum. ²⁷Quisquis ergo refugium uniuscuiusque eorum uiolauerit, iniuriam facit, id est, *saraed*.

¹⁵*Naut*] Refugium; *truedauc*] id est, aliquis qui sedet sub pedibus regis; *dan draed e brenin*] id est, sub pedibus regis

¹⁶*Naut*] Refugium

¹⁷*Naut* *suidgur*] Refugium dapiferi

¹⁸*Naut*] Refugium; *medit*] id est, custodis medonis

¹⁹*Naut*] Refugium; *truilliat*] id est, pincerne

²⁰*Naut*] Refugium; *methic teulu*] id est, *medic* familie (medic[i] familie LTWL 279, n. 22)

²¹*Naut* *dresaur neuat*] Refugium ianitoris aule

²²*dresaur porth*] id est, ianitoris porte; *penteulu*] paterfamilias; *erlit* et *ragod*] sequela et expectatione

²³*Naut* *dresaur estauuell*] Refugium ianitoris camere; *portaur*] portarium

²⁴*Naut* *gustraut awin*] Refugium principalis custodis equorum

²⁵*Naut*] refugium

¹⁵*truedaut*] *troedauc* LTWL 279.12

¹⁷*ceperit*] *add.* diuidere LTWL 279.16 ¹⁸*finiat*] *sumat* MS

¹⁹*exceperit*] *ceperit* LTWL 279.19; *exhaurire*] *exhaurie* MS

²⁰*uerbo*] *uero* MS; *uiderit*] *uidereit* MS

²¹*ad*] *om.* MS; *porte*] *portem* MS

²²*hospicium*] *add.* *pergens* LTWL 279.27–8

²⁶*hominum*] *homines* MS

²⁷*uniuscuiusque*] *unusquisque* MS

§1.11

¹Uidendum est amodo quid reddi debet pro iniuria uniuscuiusque eorum.

²*Saraet penteulu* est tantum quantum iii^a pars iniurie regis sine auro et argento; precium eius est iii^a pars precii regis. ³*Saraet distein*: ix uacce et ix uncie argenti; precium eius est ix uacce et nouies xx uacce cum tribus eleuationibus. ⁴*Saraet penchenid*: *nau muuc* et *nau ucgeint ariant*; precium eius est ix uacce et nouies xx uacce cum tribus eleuationibus. ⁵*Saraet penguastraut* est ix uacce et ix uncie; [p. 14] precium eius est *nau muuc a nau ucgein muuc*.

⁶Quisquis iniuriam fecerit sacerdoti *teulu* subiacere debet iudicio sinodi; similiter de precio eius.

⁷*Saraet hegnat llis*: ix *muuc* et ix uncie argenti; precium eius est ix uacce et nouies xx uacce cum tribus eleuationibus. ⁸*Saraet hebogit*: ix uacce et ix uncie argenti; precium eius est ix uacce et nouies xx uacce cum tribus eleuationibus. ⁹*Saraet dresaur*, id est, kamerarii: ix uacce et ix uncie argenti; precium eius est ix uacce et nouies xx uacce cum tribus eleuationibus, vel ceterorum preter istos: vi uacce et vi uncie argenti pro unoquoque; precium uniuscuiusque eorum: vi uacce et xx uacce vi uicibus cum tribus eleuationibus.

¹⁰Quicumque interficiat hominem, reddat iniuriam eius primo, et [p. 15] postea precium eius. ¹¹Nemo enim interfectus erit sine *saraet*; sed redditur sine eleuatione.

Glosses

¹*Saraet*] id est, iniuria; *penteulu*] id est, patrisfamilias

³*Saraet distein*] iniuria asecle; ix uncie] id est, xv solidi

⁴*penchenid*] id est, principis venatorum; *nau muuc*] id est, ix vacce; *nau ucgeint ariant*] id est, xv solidi argenti

⁵*Saraet*] iniuria; *penguastraut*] id est, magistri equorum; *nau muuc a nau ucgein muuc*] id est, ix vacce et centum lxxx vacce

⁶*teulu*] familie

⁷*Saraet hegnat llis*] iniuria iudicis curie; *muuc*] vacce

⁸*Saraet hebogit*] iniuria aucupis

¹ Uidendum est] *taken as part of previous sentence in MS*; amodo] *Amodo with coloured capital in MS*; uniuscuiusque] *unusquisque*

³ vacce] *vacee*

⁴ muuc] *muut MS*; ariant] *arant*

⁵ uncie] *add. argenti LTWL 280.13*; muuc] *muut MS (bis)*

⁶ iniuriam] *iniuram*; fecerit] *fecereit*

⁷ muuc] *muut MS*

⁸ hebogit] *hebogic MS*

⁹ vel] *Iniuria LTWL 280.22*; uniuscuiusque] *unusquisque MS*

¹⁰ Quicumque] *large Q filled with abbreviation OIS (= omnipotens)*

§1.12

¹De hospitibus. ²Hospicium *penteulu*: maxima domus que sit in uilla, et in media uilla, et ideo, quia familia debent esse circa illum parati ad quodlibet negotium; et cum eo *e barth teulu* et medicus. ³Hospicium *distein*: proxima domus curie de uilla, ideo, quia ipse debet deseruire curie et quoquine; et cum eo omnes *suidgwir* debent esse. ⁴Hospicium *penchenid*: *odin e brennin*; et cum eo omnes uenatores. ⁵Hospicium *eferiat teulu* est domus capellani sub eo seruientis; et cum eo omnes clerici regis. ⁶Hospicium *penguaustraut* est propior domus oreo regis, ideo, quia ipse diuidat *hebran* et hospicia; et cum eo omnes *guastrodion*. ⁷Hospicium aucupis est [p. 16] oreum regis, id est, *escubaur*, quia caret fumo propter ancipitres. ⁸Hospicium iudicis est kamera regis; ipse debet habere puluinar sub capite cui insedit rex in die. ⁹Kamerarius habere locum in kamera; et kameraria similiter. ¹⁰Hospicium hostiarii aule est et hostiarii kamere domus porditoris.

Glosses

¹*penteulu*] patrisfamilias; *e barth teulu*] id est, poeta familie

³*distein*] asecle (assecle LTWL 280, n. 26); *suidguir*] officiales

⁴*penchenid*] id est, principis venatorum

⁵*eferiat teulu*] sacerdotis familie

⁶*penguaustraut*] magistri equorum et marscalli; *hebran*] prebendas equorum;

guastrodion] id est, garciones equorum

¹Heading embedded in text.

²*suidguir*] *suidgwir* LTWL 281.1 ⁴*odin*] *odit* MS

⁵*eferiat*] *eferiat* LTWL 281.3

⁶*propior*] *proprior* MS

⁷.i. *escubaur*] in top margin; *ancipitres*] *auciptres* LTWL 281.7

⁸*puluinar*] *puluinare* with e marked for erasure

⁹*Kamerarius*] LTWL 281.10 adds *debet*; *locum*] *lectum* LTWL 281.10

¹⁰*est*] *deleted* in LTWL 281.11 and *added* after *kamere*

§1.13

¹*Penteulu* debet habere *ancuin* in hospicio suo, id est, tres discos plenos et iii^a cornua plena. ²Munus debet a rege quolibet anno quantum duo de familia habeant. ³De preda uero quam facit familia, si erit cum eis, *penteulu* debet habere quantum tres habeant *o'r teulu*; et de iii^a parte que regis est habebit unum animal quod uelit.

Glosses

¹*Penteulu*] id est, paterfamilias; *ancuin*] id est, cenam

³*Penteulu*] id est, paterfamilias; *o'r teulu*] de familia

¹*Penteulu*] *written in black ink with a space in front which is partially filled by a red P.*

²*debet*] LTWL 281.14 adds *habere*; *familia*] *familiaria* (with *ria* deleted) MS

§1.14

¹Ex quo steterit *distein* ponens refugium Dei et regis et regine et optimatum in curia, ex tunc nusquam erit refugium alicui male agenti. ²*Distein* particeps est xxiiii^{or} dignitatum qui sunt in curia. ³De nummis qui redduntur illis cum [p. 17] qualibet cena regis habebit partem duorum uirorum, et de coriis bouum qui interficiantur in quoquina partem duorum uirorum. ⁴Cum dederit dignitatem, id est, *suid*, uni de *suidocon*, exceptis principalibus qui sunt in curia, *distein* debet habere premium. ⁵*Distein* debet habere corium cerui in Octobri a *penchenit* ad faciendum uas ad portandum cornua et civos regis; quod corium datur ante quam diuidatur coria inter regem et uenatores. ⁶*Penchenit* debet habere corium bouis a *distein* in hieme ad faciendum *chenlleuaneu* canibus regis. ⁷*Distein* debet habere partem uiri de numis *guastradion*. ⁸*Penguastraut* debet habere corium bouis in hieme et corium uacce in estate a *distein* ad faciendum capistra equis regis ante quam diuidantur coria inter *distein* et *suidguuir*. ⁹*Distein* debet habere possessionem super coquinam et *med*[p. 18]*gell*. ¹⁰Auceps debet habere corium cerui a *penchenit* ad faciendum cyrothecas causa portandi ancipitres regis. ¹¹*Penchenit* debet habere nisum domitum aucube quolibet festo Sancti Micaelis. ¹²*Distein* debet apponere cibum regi et ad unam et aliam mensam superius et ad mensam *penguastraut* inferius tribus festis principalebus, et propinnare regi et aliis supradictis. ¹³*Penguastraut* a

*Glosses*¹*distein*] asecla²*distein*] asecla⁴*suidocon*] id est, officialibus; *distein*] id est, asecla⁵*penchenit*] id est, principe venatorum; portandum] ad⁶*Penchenit*] princeps venatorum; *distein*] asecla; *chenlleuaneu*] id est, corrigias per quas leporarii ducuntur⁷*guastradion*] marscallorum⁸*Penguastraut*] marscallus principalis; a *distein*] ab asecla; *suidguuir*] id est, officiales⁹*medgell*] id est, cellarium medonis¹⁰a *penchenit*] a principe venatorum¹¹*Penchenit*] princeps¹²*Distein*] asecla; *penguastraut*] principis marscalli¹regis] rex MS³redduntur] redditur MS⁴Cum] LTWL 281.24 adds rex; *suidocon*] *suidocion* LTWL 281.25⁵faciendum uas ad portandum] ad *interlinear gloss*, -um in both faciendum and portandum in *rasura*; portand *corrected from* portare; uas] uasa LTWL 281.28; ante] antea MS with a *erased*; diuidatur] diuidantur LTWL 281.29¹⁰ancipitres] LTWL 282.6¹¹domitum] MS has *erasure at the end of the line after domitum which is consistent with the first few letters of aucube*; aucube] LTWL 282.7 adds ab¹²et] *om.* LTWL 282.8; ad mensam] *erasure between ad and mensam*; regi] *erasure between g and i (perhaps rege copied in error).*

Deheli cahel coisseu e guarthec a lathet in quoquina. ¹⁴*Penguastraut* debet habere partem duorum uirorum de numis *guastradion*. ¹⁵*Penguastraut* debet habere ueterem sellulam dextrari regis et frenum eius et capam eius in qua sint pelles. ¹⁶*Guastradion* et *penguastraut* cum eis debent habere pullos laciuos de iii^a parte regis de preda. ¹⁷*Penguastraut* debet habere longitudinem digiti medii de seruisia super feces, et de *bragaut* usque [p. 19] ad extremum nodum. ¹⁸*Penguastraut* debet habere *ancuin*, scilicet, *un seic*. ¹⁹*Guastraut awin* debet habere sellam regis cotidianam, et subsellium et panel et frenum et ocreas et calcaria et capam pluie, cum exierint ab eo. ²⁰*Penguastraut* debet porigere omnes equos a rege datos, et suum ius debet habere de omnibus exceptis tribus, scilicet, qui datur sacerdoti *teulu*, et qui datur iudici, et quui detur ioculatori, id est, *crousan*.

Glosses

¹³*Penguastraut*] id est, marscallus; *a deheli cahael coisseu e guarthec a lathet*] debet habere crura vaccarum que interficiuntur

¹⁴*Penguastraut*] marscallus; *guastradion*] garciones equorum

¹⁷*bragaut*] id est, potu mixto de melle et ceruisia

¹⁸*ancuin*] id est, cenam; *seic*] id est, ferculum

¹³*lathet*] lather *LTWL* 282.11

¹⁵sellulam] sell'el *MS*, sellam *LTWL* 282.13; dextrari] dextrarii *LTWL* 282.14

¹⁶cum eis] eis *MS*; cum *added following* *LTWL* 282.15

¹⁷*Penguastraut*] *Distein Lat B* (*LTWL* 198.16), *Lat A* (*LTWL* 114.23); *bragaut*] *add. LTWL* 282.18 usque ad medium nodum, et de *med*

¹⁸subsellium] sub | subsellium *MS*

¹⁹sub] *om. LTWL* 282.21

²⁰debet] *erasure after it*; detur ioculatori] datur ioculatori *LTWL* 282.26

§1.15

¹*Egnat lis a deli ran o'r arian dairret*. ²Iudex curie debet iudicare omnia iudicia curie et demonstrare debita, iura, dignitates curie. ³Xxiii^{or} numos debet habere ab eo cuius dignitatem uel ius demonstrat. ⁴Cum habeant iudices mercedem legalem, id est, *gobor cheureith*, iudex curie debet habere partem duorum uirorum. ⁵Iudex curie debet habere partem uiri de preda quam [p. 20] facit familia, licet sit domi.

Glosses

¹*Egnat lis a deli ran or arian dairret*] id est, Iudex curie debet habere partem de denariis de redditibus

¹Egnat] E *egnat MS*

⁶Si contingat quod aliquis contradicat iudici de iudicio suo, dent ambo uadimonia in manu regis. ⁷Postea si iudex uincatur, iudicium eius cassum erit, et reddat precium lingue proprie regi; et ex illa hora nunquam debet iudicare iudicium. ⁸Si autem alius uincatur, reddat suum *saraet* iudici, regi uero precium lingue.

⁹Si quis ierit ad audiendum iudicium cum iudicibus sine licentia, reddat tres uaccas *kamgul*; et si rex presens fuerit, dupliciter reddat.

¹⁰Nemo debet ire in iudicium, nisi sciat *teir colouin chiureith* et precium omnium animalium que necessaria sunt ad usus humanos.

¹¹*Teir colouin cheurieith* sunt *nau afeith galanas*, *nau afeith lladrat*, [p. 21] *nau affeith than*.

¹²Equus iudicis debet habere partem duorum equorum *o'r ebran* stans in eodem presepe cum equo regis cotidiano. ¹³Iudices debent habere de quolibet iudicio quod iudicent *iiii^{or}* denarios legales, si res de qua iudicent ualeat *iiii^{or}* denarios.

¹⁴Tria sunt quibus rex non potest carere, id est, *anhebcor brenin*: *effferiat teulu* ad sacrificandum et ut benedicat cibos et potus; *hac egnat llis* ad iudicandum et ad dandum consilium; *a'e teulu* que promta debet esse ad opus regis.

¹⁵Tria sunt que rex debet habere sine participatione alicuius alterius hominis: id est, thesaurum, et ancipitrem, et latronem.

¹⁶Si quis loquitur contra regem praue uel turpiter, reddat tres uaccas *diru* dupliciter; nemo debet loqui cum rege nisi pulcre. ¹⁷Vulnus lingue non debet reddi [p. 22] nisi domino.

Glosses

⁸*saraet*] id est, iniuriam

¹⁰*teir colouin chiureith*] tres columpnas legis.

¹¹*Teir colouin cheurieith* sunt *nau afeith galanas*, *nau afeith lladrat*, *nau affeith than*] Tres columpne legis: novem spes siue modi homicidi et novem modi furti | et novem modi incendii

¹²*o'r ebran*] id est, de prebenda

¹⁴*effferiat teulu*] id est, sacerdos familie; *hac egnat llis*] id est, iudex curie; *a'e teulu*] et familia

¹⁶*diru*] id est, vindictam

⁶iudici] *erasure after it (perhaps from iudicio)*; iudicio] *erasure after d*.

⁸alius] *illius MS*

⁹licentia] *erasure of two letters after it (perhaps ut)*; dupliciter reddat] *reddat added at the end of the next line with a red line showing it belongs to the preceding line*.

¹¹*cheurieith*] *cheureith LTWL 283.14*; *nau afeith galanas*] *naut afeith galana MS*; siue (in gloss)] *vel (?) LTWL 283, n. 4*.

¹⁴*anhebcor*] *tri anhebcor LTWL 283.20*; *effferiat*] *effferiat LTWL 283.21*

¹⁵debet] *added in right margin*; alicuius] *alicus MS*; ancipitrem] *auciptrem LTWL 283.25*

§1.16

¹Auceps cum ierit uenatum cum ancipitibus, et interficerit gruem uel ardeam uel bubonem, id est, *bun*, in illa die rex debet seruire ei ter; id est, rex debet tenere suum scandile dum descendat, et tenere equum suum dum deponat ancipitres ab auibus, et tenere suum scandile dum acendat. ²Et in illa nocte rex debet mittere *teir anrec* de cibo suo. ³Equus aucupis debet *ran dew uarch o'r ebran*. ⁴Auceps non debet potare in aula nisi ter, ne inebriatur et negligat aues. ⁵Uas debet habere in quo ponat potum et portet ad hospicium. ⁶Auceps si interficerit equum suum uenando, uel si moriatur, alium debet habere a rege. ⁷Auceps debet habere masculum ancipitrem, id est, *huiedic*, de ancipitibus. ⁸Auceps debet habere nisum qui sit in terra curie. ⁹Auceps debet habere *ancuin* in hospicio, id est, *seic* et tria cornua. ¹⁰Ex quo auceps ponat ancipitres in carcerem, [p. 23] id est, *in mut*, non oportet eum respondere alicui donec deponat, quia incarceratus est propter aues. ¹¹Auceps debet habere *chilhit* super uillanos regis semel in anno; et de qualibet rusticana uilla, id est, *taiauc treu* ouem uel iiii denarios debet habere in cibos ancipitrum.

Glosses

²*teir anrec*] id est, tria exennia

³*ran dew uarch o'r ebran*] id est, partem duorum equorum de prebenda

⁹*ancuin*] id est, cenam

¹¹*chilhit*] id est, circuitum

¹ ancipitibus] aucipitibus *LTWL* 283.29; interficerit] interfecerit *LTWL* 283.29; ardeam] addeam

³debet] *LTWL* 283.34 adds habere

⁴inebriatur] inebriatus C2, C3; et] *om. MS*

⁶interficerit] interfecerit *LTWL* 284.3

¹¹*treu*] *trec MS* (*cf. kantreet (or -c) §1.4/3*); *tref LTWL* 284.11

§1.17

¹Precium altilis, id est, *letuegin*, regine est libra, quodcumque animal sit. ²Precium *peir brennin*: *punt*; *a'i chiguein*: xxiiii^{or}. ³*Guerth kallaur brenin*: dimidium libre; *a'i chiguein*: xii denarii. ⁴*Guerth kallaur gurda*: lx; *a'i chiguein*: *pedeir cheinauc cheureith*, id est, vi. ⁵*Guerth kallaur taiauc*: *decarugeint*; *a chiguein*: *dui cheinauc cheureith*. ⁶Tria cornua regis eiusdem precii sunt: scilicet, cornu quo bibit rex; et cornu quod semper habet in commitatu; et cornu uenationis quod debet *penchenit* portare. ⁷Unumquodque [p. 24] eorum ualet libram, sed eiusdem generis debent esse, id est, *bual*.

Glosses

²*peir brennin*] cacabi regis; *punt*] libram

³*Guerth*] precium

⁴*gurda*] optimatis; *pedeir cheinauc cheureith*] .i. quatuor denarios legales

⁵*Guerth*] precium; *taiauc*] rustici; *decarugeint*] id est, triginta denarii

⁷*bual*] id est, bubali

²xxiiii^{or}] *LTWL 284.15 adds denarii*

⁴vi] *LTWL 284.17 adds denarii*

⁵*a chiguein*] *ai chiguein LTWL 284.18*

§1.18

¹Vbicumque isti tres homines conuenerint, scilicet, *effeirat teulu, a distein, a hegnat*, ibi dignitas curie, id est, *breint llis*, erit, licet non sit rex. ²Si quis praue agat in anteriori parte aule, id est, *cyntet, distein* debet habere iii^{am} partem *diru* eius, si eum tenetur. ³Similiter in posteriori parte, *penteulu* debet habere iii^{am} partem de *diru*, si eum tenuerit. ⁴*Os deu o'r suidwirr* certauerint, *distein* debet habere iii^{am} partem de *diru* eorum. ⁵Cum uoluerit rex audire *cherd* in aula, *pencherd* debet cantare primo duo carmina, unum de Deo et alium de regibus, in anteriori parte aule, id est, *in e chentet*; postea *barth teulu* debet cantare tercium carmen in posteriori parte, *scoru*. [p. 25] ⁶Cum uoluerit regina audire *cherd* in kamera, *bart teulu a deli canu idi trichulum o cherd amgen, a henni heb leuein*, ne disturbetur aule. ⁷*E distein a ddeli cadu trederan er argluid o'r anreith, ac os er argluid a'i guascar, e distein a delii kahael* bouem uel uaccam.

Glosses

¹*effeirat teulu, a distein, a hegnat*] sacerdos familie, asecla, iudex curie

²*diru*] vindicte

³*penteulu*] paterfamilias

⁴*Os ... suidwirr*] .i. si duo officiales

⁵*cherd*] amor[.]inam vel carmina; *pencherd*] id est, principalis de menastrallis; *barth teulu*] id est, poeta familie

⁶*cherd*] carmina; *bart teulu ... heb leuein*] id est, poeta familie debet cantare ei, id est, tria carmina de carminibus diversis et hoc sine clamore

⁷*E distein a ddeli cadu ... kahael*] id est, asecla debet custodire terciam partem domini de preda, et si dominus eam distribuerit asecla debet habere

¹licet] *om. MS*

²*distein*] *deistein with punctum under first e*; tenetur] tenuerit *LTWL 284.27*

³tenuerit] tenerit *MS*; tenuerit *LTWL 284.29*

⁴*suidwirr*] *suiduurr MS, suiduirr LTWL 284.30*

⁵tercium] trium *MS*; in posteriori parte] *LTWL 285.4 adds id est; scoru*] *is coru LTWL 285.4*

⁶*amgen*] *amgeu LTWL 285.6; aule*] *aula LTWL 285.6*

⁷*ddeli*] *second d corrected from l*

§1.19

¹Si quis abstulerit nidum ancipitris, reddat pro eo libram regi. ²Precium ancipitris rubei est: ante quam ponatur in *mut*, dimidium libre; si fuerit albus, libra, postquam deponatur de *mut*. ³Precium masculi ancipitris, id est, *huiedic*: xxiiii^{or} denarii. ⁴Precium nidi nisi est xxiiii^{or}. ⁵Precium rubei nisi est xii denarii ante quam ponatur in *mut*. ⁶Precium nisi albi est, postquam deponatur de *mut*, xxiiii^{or}.

No glosses

¹ancipitris] *aucipitris LTWL 285.9*

²ancipitris] *aucipitris LTWL 285.10*

³ancipitris] *aucipitris LTWL 285.12; huiedic*] *punctum under u.*

§1.20

¹Precium catuli molosi regis est: ante quam aperiat oculos, xxiiii; quam diu sit in *crowin*, xl et viii; quam diu sit in [p. 26] *chenlusc*, nonaginta vi; quam diu in cassa uenatione, id est, *ouer hele*, dimidium libre. ²Molusus regis peritus libram. ³Precium catuli leporari regis est: clausis oculis, xii denarii; quam diu sit in *crouuin*, xxiiii^{or} denarii; in *chenlusc*, xlvi; in *ouer hele*, nonaginta sex. ⁴Leporarius regis peritus dimidium libre. ⁵Catulus molosi optimatis, clausis oculis, xii denarios; in *crouuin*, xxiiii; in *chunlusc*, xlvi; in *ouer hele*, nonaginta vi. ⁶Molusus optimatis peritus dimidium libre. ⁷Catulus leporari optimatis, clausis oculis, iiii^{or} denarios, uel vi; in *crouuin*, xii denarios; in *chenlusc*, xxiiii^{or} denarios; in *ouer hele*, xlvi. ⁸Precium leporarii optimatis: lx denarii. ⁹Precium catuli *costauc tom*, canis uillani: denarius; in *crouuin*, ii^{os}; in *chenlusc*, iii denarii; dum latret et sol[p. 27]uatur de vinclis, iiii^{or} denarii sine eleuatione. ¹⁰Omnis canis uillani, cuiuscumque generis sit, iiii^{or} denarii. ¹¹Si rex uel optimas habuerit *costauc*, eiusdem precii est et canis uillani. ¹²Precium pastoralis canis est lx denarii, si precedit gregem de mane et sequitur uespere; et hoc credi debet iuramento unius uicini superius et alterius inferius cum domino suo. ¹³Precium *colluin* est xxiiii^{or} denarii, si occiditur in spacio ix graduum a domo; si longius, nichil reddatur. ¹⁴*Butheiat* non habet precium in legibus Hewel *Da*, quia non habebatur tunc. ¹⁵Si quodcumque caret legali precio, possessor eius debet habere *damgun* de eo.

Glosses

⁵*chunlusc*] gloss deleted but the visible suspension mark and ascender are consistent with it being inutili venatione which was intended to be over the next Welsh phrase, *ouer hele*; *ouer hele*] in inutili venatione

⁹*costauc*] maatin

¹¹*costauc*] maatyn

¹³*colluin*] id est, parvi caniculi

¹⁴*Da*] boni

¹⁵*damgun*] estimare precium cum sacramento

¹quam diu in cassa] quam in cassa *MS*

²libram] *LTWL* 285.19 adds ualet

³leporari] leporarii *LTWL* 285.20

⁴Leporarius] leporaris *MS*; libre] *LTWL* 285.22 adds ualet

⁷leporari] leporarii *LTWL* 285.25; clausis] clauses *MS*

⁹*tom*] *LTWL* 285.29 adds id est; ii^{os}] ii^o; vinclis] *cunlusc* *LTWL* 285.31

¹¹optimas] optimatis *MS*

¹⁵*damgun*] *MS*, *damdung* *LTWL* 286.8

§1.21

¹Precium cerui est bos optimus, id est, *thelediu*. ²xii fercula sunt in ceruo regis. ³Quicumque abstulerit illa legalia fercula sine licencia uenatorum reddat tres uaccas *cangul* pro unoquoque, id est, xxxvi uaccas pro omnibus. ⁴Precium cerue est uacca. ⁵Rex ubique potest uenari per suum regnum. ⁶Vbicumque inter[p. 28]fectus fuerit ceruus quem uenatores regis uenantur, nemo debet habere de illo quartam partem terre, id est, *cheuaraur tir*. ⁷Si ceruus regis interfectus erit mane in uilla cuiusdam optimatis, optimas ille debet custodire ceruum usque meridiem expe⁷ctando uenatores; et si uenerint, diuidant eum prout uelint; si autem non uenerint, optimas ille cogat seruos suos decoriare ceruum, id est, *bligau*, et det canibus de carne; accipiatque corium et iecur et quartam posteriorem de carne, et canes et portet ad domum suum ad expectandum uenatores. ⁸Et si illi non uenerint, accipiat ille carnem, et seruet corium regi et uenatoribus. ⁹Si uero meridiem ceruus interficitur in uilla optima[p. 29]tis, seruet eum usque ad noctem; et si uenatores non uenerint, faciat ex eo sicut alio. ¹⁰Si contra noctem interficitur ceruus regis in uilla, seruet optimas eum usque ad diem, ponens pallium super eum, expectando uenatores; et si non uenerint, faciat de illo sicut de ceteris. ¹¹Quicumque sic agat de ceruo regis in sua uilla interfecto, inculpabilis erit a rege. ¹²Optimas habens uenationem molosorum debet expectare donec uenatores regis soluent canes ter, id est, *tri ellgug*, mane. ¹³Postea soluat ille canes suos. ¹⁴Et ubicumque ceruus eius interfectus sit, reddat *cheuarta¹⁴ur thir*. ¹⁵Usque ad kalandas Nouembrium erit uenatio *ar ureint e brennin*. ¹⁶Postea uenatores debent [p. 30] uenari usque nonum diem; et quiquid lucrantur eorum erit.

Glosses

⁶*cheuaraur tir*] id est, partem quartam terre pertinentem et debitam

¹⁵*ar ureint e brennin*] id est, dignitate regis

¹optimus] optimos *MS*

⁴est] eius *MS*

⁶uenantur] *MS omits*; *cheuaraur*] *cheuarthaur LTWL 286.15–16*

⁷æpextando] expectando *LTWL 286.18*; quartam] *LTWL 286.22 adds* partem; posteriorem] posteriorem; canes et] canes *LWTL 286.22*

⁹Si uero] *LTWL 286.25 adds* circa; ad noctem] mane *deleted after* ad; sicut] *LTWL 286.27 adds* ex

¹⁰expectando] *one or two letters erased before it*; uenerint] *e added over first e*

¹⁶uenari] *ue|uenari MS (repeating first syllable on the next page)*

¹⁷Ceruus interfectus post kalendas Nouembrium – non habentur in eo fercula legalia. ¹⁸In nono die post kalendas Nouembrium, *penchenid* debet cum uenatoribus ostendere canes et cornua et *chenleuaneu* regi et partem suam de coris, id est, iii^{am} partem. ¹⁹Non oportet *penchenid* facere satis alicui eum calumnianti usque ad nonum diem post kalendas Nouembrium, nisi uni de *suidocion llis*. ²⁰Nullus de *suidauc llis* potest difere causam alterius, si sit qui iudicet. [p. 31] ²¹*Penchenid* debet habere *ran* duorum uirorum a uenatoribus molosorum de coris, et a uenatoribus leporariorum partem uiri. ²²Unus de uenatoribus molosorum debet habere tantum quantum duo de uenatoribus leporariorum de coris. ²³*Penchenid* debet habere iii partem a rege de sua parte de coris. ²⁴Sibi soli debet rex dare iii partem postquam diuidantur coria inter regem et uenatores. ²⁵*Penchenid* et uenatores debent habere *chellid* et *dourth ar daiocceu e brennin*. ²⁶Pariter debent uenire ad regem contra Natale accipientes quod debent, id est, *breint a deleed*. ²⁷Locus *penchenid* est in aula ex alia [p. 32] parte ignis contra regem *is e chelui*, et cum eo omnes uenatores. ²⁸Cornu plenum debet habere a rege, et aliud a regina, et tertium a *distein*, cum poeta de tali potu qualis tunc bibitur. ²⁹*Penchenid* debet habere *ancuin* in hospicio, id est, *un seic* et tria cornu plena. ³⁰*Penchenid* debet habere iii^{am} partem de *diru* uenatorum, et de *kamgul* et *ebediu* eorum, *ac ammobor eu merched*. ³¹Cum rege debent uenatores esse donec uenentur in uere. ³²Ex quo ceperint uenatores uenari in uere usque nonum diem ...

Glosses

¹⁸*chenleuaneu*] id est, corrigias canum per quas tenentur

¹⁹de *suidocion llis*] id est, de officialibus curie

²¹*ran*] partem

²⁵*chellid* et *dourth ar daiocceu e brennin*] id est, posunt facere circuitum liberum super rusticos et villanos regis

²⁶*breint a deleed*] id est, dignitatem et debitum suum

²⁷*is e chelui*] id est, retro postem vel columpnam

²⁹*ancuin*] id est, cenam; *un seic*] ferculum unum

³⁰*diru*] forefactio; *ebediu* eorum, *ac ammoboreu merched*] et de denariis qui reduntur post mortem et denariis debitis in nuptiis filiarum

¹⁷ legalia] l- MS

¹⁸coris] coriis LTWL 287.7

¹⁹facere satis] satisfacere LTWL 287.8

²⁰*suidauc*] *suidaut* MS, *suidocion* LTWL 287.10; potest] post MS

²¹coris] coriis LTWL 287.12; leporariorum] leporarium

²²leporariorum] leporiariorum; coris] coriis LTWL 287.14

²³de coris] coris MS, de coriis LTWL 287.15

²⁵*dourth*] *doureth* LTWL 287.18

²⁶quod] LTWL 287.20 adds habere

²⁷est in aula] in aula est LTWL 287.21; erasure between in and aula

²⁹cornu] cornua LTWL 287.25

Fragment 2

§2.1

¹... [p. 33] de mercede eius domino suo. ²Si quis ducat uxorem *en llathlut*, et perducatur eam ad domum optimatis, optimas ille non debet permittere eos insimul dormire donec habeat fideiusem de mercede domino eius.

³Si quedam mulier de aliena patria uenerit ad terram regis uel optimatis, et si habuerit uirum, rex debet habere xxiiii denarios in mercede eius. ⁴Merces filie *maer* et *cheghellaur* est libra. ⁵*Amobor* filie *penchedel* est *punt*. ⁶Optimas sine *suid*: dimidium libre. [p. 34] ⁷*Amobor* filie uillani: xxiiii^{or}. ⁸*Amobor* filie uniuscuiusque de *suidocion llis*: libram. ⁹*Amobor* filie uniuscuiusque de ceteris: dimidium libre.

¹⁰*Pencherd* debet habere *amobor* filiarum poetarum sub se existentium. ¹¹Ipse debet habere munus nuptiarum a mulieribus datis maritis; munus nuptiarum tantum: scilicet, xxiiii^{or} denarii. ¹²Ante quam surgat mane a uiro, commune erit inter eos.

¹³Ter debet femina habere *hi huinebguerth* a uiro suo si cum alia muliere concubat; et ...

Glosses

⁴*maer* et *cheghellaur*] id est, propositi et compulsoris

⁵*Amobor*] id est, merces; *penchedel*] id est, principalioris de gente; *punt*] libra

⁶*suid*] id est, dignitate vel officio

⁷*Amobor*] id est, merces

⁸de *suidocion llis*] de officialibus curie

¹⁰*Pencherd*] id est, principalis de poetis; *amobor*] mercedem

¹³*hi huinebguerth*] satisfactionem pro pudore et iniuria ei illata

¹eius] *LTWL* 287.30 *adds* danda

²fideiusem] fideiussorem *LTWL* 288.3; de mercede] *LTWL* 288.3 *adds* danda

⁶*penchedel*] optimatis (*deleted*) *penchedel* *MS*

⁷xxiiii^{or}] iiii^{or} added above line; *LTWL* 288.8 *adds* denarii

⁸libram] libra *LTWL* 288.9

¹¹maritis] followed by erasure (*perhaps the sign for et*)

¹²Ante] Cum datur *cowyl* puelle, si uoluntatem suam de illo non fecerit statim *added in front* *LTWL* 288.14–15 from *Lat B* (*LTWL* 222.10–11)

Fragment 3

§3.1

¹*Dadannud*

²... [p. 35] ecclesie, baculus et euuangelium debent metam facere. ³Si *dadannud* iudicetur alicui, et uenerit ad terram, ix diebus et noctibus quietus ibi, et in ix^o die dabit responsum et in secundo ix^o iudicium. ⁴Si *dadannud* uero cum honore quiescit in quo pater fuit, tribus diebus manebit quietus, et in tercio dabit responsum, et ix^o iudicium. ⁵Uel sic *dadannud ore bot rod ac estin oi tait ac oi hentat, ne deli bot ar e thir, nac anot e cheureith, namin tra chenullo i porth*. ⁶Si pater alicuius habuit domum et horreum et siccarium, id est, *odin*, cum aratione in aliqua terra, uel aliquis solus habuit hec supradicta, et *dadannud* postulauerit, debet secundum legem habere *dadannud* [p. 36] donec mesuerit, et donec auertat dorsum ad cumulum annone, id est, *ar e das*; et postea in ix^o die kalendarum Nouembrum, dabit <responsum et in secundo ix^o> iudicium. ⁷Cuiuscumque *dadannud* iudicetur sic, nullus illum expellere potest nisi proprie hereditarius; quia *dadannud* non expellit primum *dadannud*; et inproprius, id est, *ampriodaur*, non expellit alium inproprium. ⁸Et si duo hereditarii contenderint, nullus illorum poterit expellere alium.

Glosses

³*dadannud*] id est, messuagium

⁵sic *dadannud ... chenullo i porth*] si fuerit donum et datio patri et avo suo non debet stare super terram nec differri iusticia, id est, lege, nisi dum compellat suum adiutorium

¹*Dadannud*] *added in red in top margin*

³et uenerit] et cum karro uenerit *LTWL 288.19*; quietus] *LWTL 288.20 adds erit; responsum] iudicium deleted before it*

⁴honore] honore *MS*, honore dorsi *LTWL 288.22*; et ix^o] et in ix^o *LTWL 288.24*

⁵sic] si *LTWL 288.24*

⁶uel] *LTWL 288.28 adds si*; solus] alius *LTWL 288.28*; Nouembrum] nouembrium *LTWL 289.3*; <responsum et in secundo ix^o> *om. MS*

⁷Cuiuscumque] Cuicumque *LTWL 289.4*; nullus] nullum *MS*; expellit] expellitur *MS*

§3.2

¹Quicumque calumpniatur de terra in ix^o die Nouembrium, iudicium debet habere ante ix^m diem Maii. ²Si autem infra hoc spacium non habebit iudicium, iterum oportet eum recalumpniare eam in ix^o die Maii, si iudicium uult habere. ³Cum terra terminanda, non oportet ...

No glosses

³terminanda] *LTWL 289.13 adds est*

Fragment 4

§4.1

¹... [p. 37] uirga eiusdem longitudinis et maximi uiri qui fuerit in uilla, cum longitudine brachii eius; lx longitudes illius uirge erunt in longitudine acre. ²Est una longitudo talis uirge ex utraque parte cogentis boues, id est, *e gilwat*, cum longitudine brachi eius, illo tenente medium medii iugi in aratro. ³Octo ex talibus acris erunt †in fundamento uillani†.

No glosses

²Est una longitudo] *LTWL 289.16 adds* Latitudo acre *in front*; brachi] brachii *LTWL 288.18*; iugi] digiti *LTWL 288.18*

³fundamento] *LTWL 289.19 adds* optimatis, et iiii in fundamento *from Latin B (LTWL 230.31–2)*.

§4.2

¹Sic debent aratores arare. ²Prima acra uomeri, secunda cultro, iii^{cia} aratori; postea tribus mælioribus bouis de meliore ad meliorem; postea *e geiluat*; postea v bouis de meliore ad [p. 38] meliorem; postea *karthur*. ³Partem ligni sui debet arator habere, id est, *cheueir asnaud*, id est, unam acram, per totum annum, quia ipse debet perficere aratrum a primo ligno usque ad ultimum lignum.

No glosses

²uomeri] uomerii *MS*

§4.3

¹Tria edificia sunt comunia fratribus: *nid amgen*, *egluis*, *a bræuandi*, *a coret*; ecclesia, molendina, piscina, id est, *coret*.

No glosses

¹*bræuandi*] breuandi *LTWL 289.27–8*

§4.4

¹Oues et sues et capre, uituli et agni et edii et anceres et galline si pergerint ad segetes, secundum optimum animal debetur ex illis. ²Vituli et agni et edii dum sugerint si ad segetes pergerint semel, comisceantur cum matribus suis uel incarcerentur usque in crastinum. ³Bos uel uacca ...

No glosses

¹capre] capras *MS*, capre *LTWL 289.29*; et uituli et agni et edii] *om. LTWL 289.29*.

² edii] edi *LTWL 289.30*; dum] *om. MS*; incarcerentur] *incarcareatur MS*, *incarcarentur LTWL 289.32*.

Fragment 5

§5.1

¹... [p. 39] et ducatur. ²Precium caude uacce uel bouis insule Mon: iiii^{or} denarii legales. ³Ultra Menei: iiii^{or} sine eleuatione.

No glosses

²bouis] bos *MS*

§5.2

¹Iniuria matris ecclecie est †xxiiii^{or}† et x librae. ²Iniuria filie eius est vii libre. ³Hic liber scriptus. ⁴Qui scripsit benedictus.

No glosses

¹Iniuria] iniura *MS*

§5.3

¹Precium dulcis pomi est lx. ²Precium peracris pomi: xxx. ³Precium coruli est xv. ⁴Precium spine est xv cum obolo. ⁵Precium *ewen*: xv est. ⁶Precium *faweden* est lx. ⁷Precium cuiuslibet arboris infructuose est iiii denarii legales. ⁸Arcus cum xii sagittis est iiii denarii legales. ⁹Precium *gauer* est vii denarii et obolus. ¹⁰Precium *dauat* est x denarii. ¹¹Precium *maharain* est xxiiii^{or} denarii. ¹²Precium canis est iiii^{or} *kosen*. ¹³Precium *cat* est *loneit scubaur o wenithe*, et cetera.

§5.3 added in a different hand or different hands in slightly different coloured ink.

No glosses

¹Precium] *abbreviated as Prē but the P omitted*

²Precium] *abbreviated as Prē but the P omitted; peracris] p'cris MS (LTWL 290.6 prints acris assuming repetition of an abbreviation for precium)*

³Precium] *abbreviated as Prē but the P omitted; corulis] corubus MS*

⁴Precium] *P omitted*

⁵Precium] *abbreviated as Prē but the P omitted; xv est] est xv LTWL 280.7*

⁶Precium] *abbreviated as Prē but the P omitted*

⁷Precium] *abbreviated as Prē but the P omitted*

⁸Arcus] *Precium added in front LTWL 290.10*

⁹Precium] *abbreviated as prē*

¹³Precium] *abbreviated as prē; loneit] lo|neit MS*